



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De rumore: & quòd non omnibus fides adhibenda sit. cap. cii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI
De rebus naturaliter insitis. C A P. C I.

Gen. 6.
Trov. 25.

Esa. 1.
Eccl. 13.

19. 13.

10. 3.

2. Pet. 2.

Basilij.

Thauma-

turgo.

Naz.

Chrys.

Pro. 15.

Eccl. 19.

I. 10. 4.

Chrysost.

Clement.

Philonis.



R O N A est mens hominis ad malum ab adolescentia sua.

Tinea ossium cog sensu præditum. Omni tempore oculi hominum expectant mala. Quemadmodum facies faciebus non sunt similes: sic neque corda hominum æqualia.

Omne cor languens.

Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximum sibi. Ab occurso faciei cognoscetur prudens. Cor hominis immutat faciem eius, siue in bona, siue in mala.

Omnis, qui mala agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

A quo quis superatus est, huius & seruus est.

Natura ita comparati sumus, ut que sponte elegerimus, etiam si dura ac laboriosa sint, grata habeamus.

Repugnante natura inania omnia sunt.

Quod qui spiam in seipso minime sensit, hoc nec alteri crediderit. Qui autem id experitus est, ad fidem alteri adhibendam est propensior.

Quia re cuique frui promptum est, eius desiderio parum admodum inflammatur.

Nihil perinde iucundum ac suave est hominibus, ut de alienis rebus verba facere.

Plerique aliorum vitam ex suis virtutis, animique commotionibus estimant.

Malorum magistrorum mala disciplina sunt: vel, ut rectius loquar, malorum seminum mala messes.

Spontanea molestia coacta oblectatione gravior prestatibiliorque est.

Solent plerique mortalium, cum iracundia tenentur, nec eos, a quibus eorum animi comoti sunt, nancisci querunt, in obvios quosque ac suspectos temere iracundia suam effundere.

Aliorum malorum ingens magnitudo acerbitas hoc efficit, ut minora nobis nostra mala videantur, etiam si aliqui acerbissima, ac penè intoleranda sint.

Nam tam eorum, quæ dicuntur, natura, quam animo anticipata inimicitia nos exacerbare consuevit.

Complures homines ex se de aliis sententiam ferunt. Verbi gratia, Qui se vino sine ulla intermissione ingurgitat, haudquam adduci queat, ut quenquam continentiae studere credat. Qui scortis deditus est, eos quoque, qui honeste ac pudice vivunt, impudicos esse existimat. Rursum, qui alienas facultates eripit, non facile sibi persuaserit, homines esse, qui bona sua abiiciant.

Quemadmodum id, quod natura repugnat, inserere, atq; in naturam inducere, arduum est: ita contraria, quæ natura insita sunt, immutare ac reprimere. Rechte enim illud dictum est, Natura repugnante inania sunt omnia.

De rumore: Ex quod non omnibus fides adhibenda sit.

C A P. C I I.

A M A bona impinguat ossa.

Qui citò credit, leuis est corde.

Charissimi, nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus.

Solet plerumque fama tum animum deuicere, tum excitare: tum absentem alacritatem immittere, tum presentem delere.

No quibuslibet temere atque impudenter loquentibus ac scribentibus aures dedecet. Fama nihil celerius.

Ds